

LAMPERTI MONACHI HERSFELDENSIS

ANNALES

Editionis quam paraverat O. Holder-Egger
textum denuo imprimendum curavit
Wolfgangus Dietricus Fritz

LAMPERT VON HERSFELD

ANNALEN

Neu übersetzt von
Adolf Schmidt
Erläutert von
Wolfgang Dietrich Fritz

Mit einer aktualisierten Bibliographie von
Gerd Althoff

quicumque rei publicae consultum vellent, / XVII. Kal. Novembris Triburiam convenirent et variis cladibus, quibus per multos iam annos pax ecclesiastica turbabatur, tandem aliquando malorum pertesi finem facerent. Hoc Sueviae, hoc Baioariae, hoc Saxoniae, hoc Lutheringiae, hoc Franciae Teutonicae principibus denunciarunt, universosque in commune per Deum obtestabantur, ut omni excusatione relegata, cuncta privatae rei sollicitudine posthabita, hanc singuli communibus commodis vel extremam operam dependerent. Qua expectatione suspensis atque attonitis omnibus, episcopus Mogontinus et alii quam plures, qui eatenus partes regis vehementius tuebantur, ab eo defece-
runt et adiuncti supradictis principibus ad meliorandum regni statum ardentissimo zelo exarserunt. Miro etiam atque inopinato rerum successu, ut quod moliebantur nullis iam retardaretur impedimentis, ob-
sides, quibus nonnulli ex principibus superiore anno fidem suam apud regem obligaverant, repente his qui eos dederant sunt restituti. Duos
ducis Ottonis filios¹, alterum rex ipse, alterum is qui a rege servandum susceperat, inscio rege, patri nec opinanti remisit.

Filius Uotonis marchionis² et filius Adelae³, derelictae Dedi marchionis, ambo tenerae aetatis et longe adhuc infra pubertatis annos pueruli, cum in munitione cuiusdam Eberhardi ministri regis custodirentur, magnum quoddam et posterorum memoria dignum nobilissimae indolis documentum ediderunt. Iusserat rex eidem Eberhardo vel propter tanti generis claritatem vel propter aetatis infirmiae compassionem, ut eos indulgentissime nutriret et, ne aut inertis ocio aut iugis custodiae tedio tabescerent, sineret eos interdum cum equalibus suis ludicris puerilibus exerceri. Hoc ipsum parentes, crebra custodibus munuscula destinantes, flagitabant. Fecit ille ut petebatur et modo intra munitionem, modo extra, adhibitibus custodibus, prout libitum erat, ludere paciebatur, nihil sinistrum in aetate simplici et fraudis nescia / suspicatus. Interdum etiam in nemus, quod munitioni contiguum erat, venatum pergens, impositos equis, cuius rei vixdum aetas paciens erat, secum ire permittebat, ut oppressas merore ac tedio mentes hoc advocamento recrearent. Cum hoc sepius faceret, consuetudo fiduciam, fiducia custodibus securitatem pariebat, ut eis indulgentius in dies diligentis custodiae frena laxarent et absumpta iam omni suspicione, quic-

¹ Vgl. S. 342.

ten, daß dem Reich geholfen werde, am 16. Oktober in Tribur versammeln und, des Unheils überdrüssig, endlich einmal den mannigfachen Schädigungen, durch die nun schon viele Jahre lang der Friede der Kirche gestört werde, ein Ende machen. Das meldeten sie den Fürsten von Schwaben, von Bayern, von Sachsen, von Lothringen und des deutschen Frankenlandes und beschworen sie alle insgesamt bei Gott, unter Verzicht auf jede Entschuldigung und Hintansetzung aller Sorge um Privatangelegenheiten jetzt ihre äußerste Bemühung auf das gemeine Beste zu richten. Während nun alle gespannt und begeistert dessen harreten, fielen der Bischof von Mainz und viele andre, die bisher die Sache des Königs eifrig verteidigt hatten, von ihm ab und vereinigten sich mit den genannten Fürsten in glühendem Eifer, die Zustände im Reich zu bessern. Auch traf es sich wunderbarer und unerwarteter Weise glücklich für die Beseitigung von Hindernissen, die ihr Vorhaben hätten verzögern können, daß die Geiseln, durch die einige Fürsten im vorigen Jahre dem König ihre Treue verbürgt hatten, plötzlich denen, die sie gestellt hatten, zurückgegeben wurden. Von den beiden Söhnen Herzog Ottos¹ schickte den einen der König selber, den andren derjenige, dem der König ihn in Verwahrung gegeben hatte, ohne Wissen des Königs dem Vater unvermutet zurück.
Der Sohn Markgraf Udos² sowie der Sohn Adelas³, der Witwe Markgraf Dedis, beide kleine Knaben im zartesten Alter und weit unter den Jahren der Mannbarkeit, die in der Burg eines gewissen Eberhard, eines Dienstmanns des Königs, in Haft gehalten wurden, lieferten einen schlagenden Beweis ihrer hervorragenden Begabung, der wert ist, der Nachwelt überliefert zu werden. Der König hatte diesem Eberhard entweder wegen der Vornehmheit ihres Geschlechts oder aus Mitleid mit ihrem zarten Alter befohlen, sie mit größter Nachsicht zu hegen und sie bisweilen mit Altersgenossen kindlich spielen zu lassen, damit sie sich nicht unter Langweile oder Überdruß an der beständigen Gefangenschaft abhärmt. Darum baten ihn auch die Eltern, und sie übermittelten den Wächtern häufig kleine Geschenke. Eberhard erfüllte diese Bitten und erlaubte ihnen, bald innerhalb, bald außerhalb der Festung unter Bewachung nach Herzenslust zu spielen, ohne bei dem harmlosen, keiner Tücke fähigen Alter irgendetwas Böses zu gewärtigen. Mitunter ging er auch in den an die Festung grenzenden Wald auf die Jagd, dabei ließ er sie zu Pferde steigen, wozu sie in ihrem Alter kaum fähig waren, und mitreiten, um ihre von Trauer und Kummer gedrückte Stimmung durch diese Abwechslung aufzumuntern. Da er dies öfters tat, erzeugte die Gewohnheit bei den Wächtern Vertrauen und das Vertrauen Sicherheit, sodaß sie von Tag zu Tag sorgloser die Zügel gewissenhafter Bewachung lockerten und sie schließlich ohne jeden Verdacht auch ohne Bewachung alles tun ließen, was sie

² Vgl. S. 298, Anm. 3.

³ Vgl. S. 312, Anm. 4.

pueri divertissent, summa vi, summo conamine domum expugnare foresque infringere parabat, et nisi obsides regis mature redderentur, ignem tectis se iniecturum minabatur. Concurrit civitas ad spectaculum, et facta est pro studiis partium confusa ac dissona aliud atque aliud clamantium turbarum vociferatio. Perlato ad episcopum Mogontinum tumultuantis civitatis nuncio, misit confestim cum armatis Cuonradum comitem de castello quod dicitur Liuzelenburg, qui tum forte apud episcopum presens erat. Qui veniens Eberhardum improbe saevientem atque in omnes qui obsisterent nunc vi, nunc comminatione grassantem ab obpugnatione aedium cum contumelia repulit, susceptosque pueros episcopo presentavit. Ille admodum gratulatus, quod causam principum, qui pro communi commodo arma sumere meditabantur, hac etiam parte impedimentorum liberasset, suis singulos parentibus cum omni diligentia, ne quis scilicet insidiaretur abeuntibus, remisit.

Statuta die¹ iuxta condictum principes Sueviae et Saxoniae Triburiam² convenerunt amplissimo numero, obstinatis mentibus ad summovendum a negociis regni regem Heinricum et alium, in quem communis electio consensisset, creandum³. Aderant una legati apostolicae sedis, Sigehardus patriarcha Aquileiensis et Altmannus Pataviensis episcopus, vir apostolicae conversationis et magnarum in Christo virtutum, cui papa vices suas in dispositione ecclesiasticarum causarum delegaverat, et laici nonnulli, qui magnis opibus relictis ultro se ad privatam tenuemque vitam propter Deum contulerant, missi a Romano pontifice, ut palam omnibus per Gallias contestarentur iustis de causis excommunicatum esse regem Heinricum et⁴ ad eligendum alium regem apostolici consensus et auctoritatis suffragium pollicerentur. Hi nec principi nec privato cuiquam, qui regi Heinrico dicto vel facto aliquatenus post excommunicationem communicasset, communicare volebant, donec publice professus penitentiam per Altmannum vicarium Romani pontificis anathemate absolveretur. Pari cautela eorum quoque communionem vitabant, qui presbiteris coniugatis vel eis qui ecclesiasticas ordinationes precio comparaverant in oratione communicassent.

¹ 16. Oktober.

² Vgl. S. 106, Anm. 7.

³ Nur ein Teil kam mit diesem Vorsatz, wie das Ergebnis zeigt.

nun daran, das Haus mit aller Gewalt, mit höchstem Kraftaufwand zu erstürmen und die Türen zu erbrechen, und drohte, an das Dach Feuer zu legen, wenn die Geiseln des Königs nicht unverzüglich herausgegeben würden. Da kamen die Bürger zu dem Schauspiel herbeigelaufen, und es erhob sich in dem Haufen ein verworrenes Durcheinander von Rufen, denn die einen schrien je nach ihrer Parteinahme dies, die andern jenes. Als dem Mainzer Bischof von diesem Tumult in der Stadt Mitteilung gemacht wurde, entsandte er sofort mit Bewaffneten den Grafen Konrad von Lützelburg, der sich damals zufällig beim Bischof aufhielt. Als dieser dort ankam, jagte er den maßlos tobenden Eberhard, der alle, die ihm Widerstand leisteten, bald mit Gewalt, bald mit Drohungen anfiel, schmachvoll von dem bestürmten Hause fort, nahm die Knaben in Empfang und brachte sie zum Bischof. Dieser freute sich sehr, daß er die Sache der Fürsten, die auf Waffenerhebung für das Gemeinwohl sann, auch von dieser Bindung befreit hatte, und schickte die Knaben unter allen Vorichtsmaßregeln gegen etwaige Anschläge während der Reise ihren Eltern zurück.

Am festgesetzten Tage¹ versammelten sich der Verabredung gemäß die schwäbischen und sächsischen Fürsten in sehr großer Zahl in Tribur², fest entschlossen, König Heinrich abzusetzen und einen anderen zu wählen³, auf den die gemeinsame Wahl fallen würde. Anwesend waren auch als Legaten des apostolischen Stuhls der Patriarch Sigehart von Aquileja und der Bischof Altmann von Passau, ein Mann apostolischen Wandels und großer Tugenden in Christo, dem der Papst seine Stellvertretung in der Regelung kirchlicher Angelegenheiten übertragen hatte, sowie einige Laien, die ihrem großen Reichtum entsagt und sich um Gottes willen freiwillig einem eingeschränkten, dürftigen Leben ergeben hatten; diese waren vom Papst gesendet, um allen Menschen in ganz Gallien zu bezeugen, daß König Heinrich aus gerechten Gründen exkommuniziert worden sei, und⁴ für die Wahl eines anderen die Zustimmung und Autorisation des apostolischen Stuhls zu verheißen. Sie wollten weder mit einem Fürsten noch mit einem Privatmann verkehren, der mit König Heinrich nach seiner Exkommunikation in Wort und Tat irgendwie in Verbindung gestanden hatte, bis er öffentlich Buße getan hätte und durch Altmann, den Vikar des Papstes, vom Bann losgesprochen worden sei. Ebenso vorsichtig mieden sie auch den Umgang mit denen, die mit verheirateten Priestern oder solchen, die kirchliche Weihen gekauft hatten, beim Gebet zusammengekommen waren.

⁴ Von hier ab falsch. Gregor forderte in seinem Briefe vom 3. September, die Fürsten sollten dem Könige gegenüber Milde walten lassen. Wenn Heinrich sich jedoch nicht bessere (d. h. die schlechten Ratgeber entferne und die Kirche als Herrin betrachte), und die Notwendigkeit einer Neuwahl bestünde, dann sollten sie ihm die Person des Kandidaten zur vorherigen Prüfung bezeichnen (Reg. IV, 3).